IOANNIS STOBAEI

ANTHOLOGIVM

RECENSVERVNT

CVRTIVS WACHSMVTH ET OTTO HENSE

VOLVMEN QVINTUM

ANTHOLOGII LIBRI QVARTI

PARTEM ALTERAM

AB OTTONE HENSE

EDITAM CONTINENS

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MCMXII

IOANNIS STOBAEI

ANTHOLOGIVM

RECENSVERVNT

CVRTIVS WACHSMVTH ET OTTO HENSE

VOLVMEN QVINTVM

ANTHOLOGII LIBRI QVARTI

PARTEM ALTERAM

AB OTTONE HENSE

EDITAM CONTINENS

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MCMXII

IOANNIS STOBAEI

ANTHOLOGII

LIBRI DVO POSTERIORES

RECENSVIT

OTTO HENSE

VOLVMEN III

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXII

PRAEFATIO.

Antequam quarti libri Stobaeani etiam altera pars detur in manus legentium, ne quid eorum quae merito in hac editione expectari possunt desideretur, iam ea componam quae postquam Stobaei opus a nobis edi coeptum est ab aliis conlata sunt sive ad eclogarum numerum undecumque complendum idonea sive ad stabiliendum codicum quod iecimus fundamentum accommodata. ac gnomologiorum particulis, quae ex papyris interim nobis innotuerunt, pro re nata magis fontes Stobaei collustrari posse quam opus ipsum locupletari iam ex eis adparuit quae supra monui l. IV partis prioris praef. p. VIII. verum florilegia quae ex bibliothecis nostra potissimum aetate in lucem protraxerunt docti utque spero protrahere pergent, quanto quis intentius quo modo et inter se ipsa et cum Stobaeo cohaereant inquisiverit, tanto facilius ei continget ut hanc illamve eclogam in nostris Stobaei codicibus omissam ex Stobaei tamen opere fluxisse perspiciat. et contigit id interim Eltero. observavit enim (Gnom. homoeom. I Bonn. a. 1900, p. 24, et II Bonn. a. 1901, p. 90) duas eclogas florilegio Laur. p. 187, 25 Mein. oblatas, quod fugerat Wachsmuthium, libri secundi Stobaeani capiti XLVI (*Περὶ ἀχαριστίας*) adiungendas esse p. 264, 5 W. sic

23 *Σωκράτους.*

Ἀχάριστον εὐεργετεῖν καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐν ἴσῳ κεῖται.

24 *Τοῦ αὐτοῦ.*

Ταὐτόν ἐστιν ὄφιν ἐκτρέφειν καὶ πονηρὸν εὐεργετεῖν· οὐδετέρου γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ.

utrumque autem dictum legitur inter Gnom. homoeom. n. 6 et 145 Elt., ubi vide quae collegit editor. quid quod idem vir doctus etiam plures eclogas, quamvis prae ingenti lacunarum multitudine paucas, libris duobus prioribus inserendas esse exposuit sagaciter mus. Rhen. XLVII p. 130 ss. sunt autem triginta vel potius triginta duae eclogae quae leguntur cod. Vatic. Gr. 1144 (saec. XV) f. 209 v et inde ab ecloga quarta etiam cod. Voss. Gr. in Qu. 18 fol. 8, quo olim usus erat Wyttenbach in Plut. Mor. p. 33 E et 186 C. has autem eclogas, quae est Wachsmuthianae editionis meaeque coniunctio, post Elterum hic edere liceat corollarii instar et ita quidem ut scripturae discrepantia subiciatur memorabilior locique adfines addantur plerumque iam a primo editore vel a Schenkelio notati.

1 *Σωκ⟨ρά⟩τ⟨ους⟩.*

Ἐπαίνου ὥσπερ μύρου πεφεισμένως απολαυστέον.

legitur inter Gnom. homoeom. 10 Elt. eiusdem est fabricae Stob. III 34, 18 (=Gnom. homoeom. 75 Elt.) ‖ lemma suppl. Elter

2

Τοῖς μὲν ὀργάνοις τοὺς προσᾴδοντας, ταῖς δὲ ἐπαγγελίαις δεῖ τὰ ἔργα συμφωνεῖν.

legitur inter Gnom. homoeom. 77 Elt. ubi *ᾄδοντας* cod. Vat. Gr. 743 et cod. Atheniensis n. 32 (nunc 1070) ‖ *τὰ ἔργα δεῖ* homoeom. testes plerique ‖ *συμφωνεῖν*] inter *εἶναι σύμφωνα* et *συνῳδὰ φαίνεσθαι* fluctuantur homoeom. testes

3

Τοῦ βίου καθάπερ ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ.

= Stob. III, 1, 89 lemmate *Σωκρατους* non iterato. inter Gnom. homoeom. 91 Elt.

4

Μακάριον οὐ τὸ τυγχάνειν ἂν ἐπιθυμεῖ τις, ἀλλὰ το μηδενὸς ἐπιθυμεῖν.

hinc incipit Voss. Socrati etiam Aelianus V. h. IX 29 tribuit dictum huius persimile, alii Menedemo, vide quae collegerunt Wyttenbach in Plutarchi Mor. p. 33 E et Sternbach in Gnomol. Vat. 407. cf. tiam Gnomol. Byz. Dem.-Is.-Epict. n. 182 Wachsm.

5 *Ἀρκεσιλάου.*

Τὸν σπουδαῖον δεῖν ἔφη εἶναι τῷ ἡλίῳ παραπλήσιον, σπεύδοντα καὶ μὴ ἐπιστρεφόμενον.

Ἀρκεσιλάου lemma offert Voss., om. Vatic. fidem non denegandam esse lemmati putat Elter mus. Rh. XLVII p. 630 commonens Zelleri *Phil. d. Gr*³. III 1 p. 496. per errorem cum ecloga priore lemma iunxerat Wyttenbach l. c. ‖ *ἔφη δεῖν* cod. Voss.

6ª *Πυθαγόρου.*

Ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ θεὸς ἂν εἴη ἐν ἀνθρώποις.

Pyth. Vind. 4 Schenkl (*Wien st.* VIII p. 264), Porphyr. ad Marc. 15 p. 284, 22 N.², Sexti sent. 376 Elt. ‖ *θεοῦ*] *θ'* | *οἳ* (sic) Voss. ‖ *θεῶν θεὸς* (una litt. ante *θεὸς* rasa) Pyth. Vind. ‖ *ἂν εἴη* om. Sext. ‖ *ἐν ανθρώποις* om. Porph.

6ᵇ

Ψυχῆς ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει.

ecl. cum priore iungunt Vat. Voss., separavit Elter. recurrit Pyth. Vind. 119, Demophil. 45, Boiss. An. Gr. I p. 124, Hierocl. in carm. aur. p. 25, 11 Gaisf. ‖ *ἁγνῆς*] *καθαρᾶς* Pyth. Vind., Hierocl. ‖ *ἁγνῆς ἐπὶ γῆς τόπον οἰκειότερον ὁ θεὸς* Boiss. ‖ *ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει θεός* Dem.

7

[Εἰ] βούλει γνωσθῆναι θεοῖς· ἀγνοήθητι μάλιστα ἀνθρώποις.

recurrit Pyth. Vind. 9, Gnomol. Byz. 7 p. 167 Wachsm. (Pal. 7, Par. 6, Bar. 10, Mon. 4, Leid. 4), Georgid. cod. Laur. f. 51ʳ (teste Wachsmuthio), Gnom. Boiss. An. Gr. III p. 469, 2 ‖ *εἰ* Vat. Voss., om. reliqui excepto Georgide qui offert *εἰ θέλεις γν.* sed *εἰ* etiam litterarum ordini repugnare vidit Elter (coll. 6.ᵃᵇ 7. 8. 9), adscripsit interpres cui erat offensioni membrorum ratio paratactica ‖ *θεοῖς*] *θεῷ* Boiss. *παρὰ θεῷ* gnomol. Byz. *παρὰ θεοῦ* Georg., cod. Mon. et Pal. gnomologii Byz. ‖ *μάλιστα* om. Georg. ‖ *παρὰ ἀνθρώποις* gnomol. Byz., Georg.

8

Βραχυλόγον μάλιστα ἡ θεοῦ γνῶσις ποιεῖ.

= Pyth. Vind. 10. cf. Sexti sent. 430 Elt. *ἄνθρωπον θεοῦ γνῶσις βραχυλόγον ποιεῖ*, Porph. ad Marc. 20 p. 287, 20 N.² *θεοῦ γὰρ γνῶσις ποιεῖ βραχὺν λόγον*, Gnomol. Byz. 6 p. 166 Wachsm. (Pal. 6) *γνῶσις θεοῦ ποιεῖ ἄνδρα βραχυλόγον*

9

Νεὼς θεοῦ ὁ σοφὸς νοῦς, ὃν οὐκ ἐφημέρως ἀλλ' ἀεὶ χρὴ παρασκευάζειν καὶ κατακοσμεῖν εἰς παραδοχὴν θεοῦ.

Pyth. Vind. 66, Gnom. Boiss. An. Gr. III p. 471, 19, Porphyr. ad. Marc. 19 p. 287, 5 N.[2] cf. etiam Sexti sent. 46[a], Hierocles in carm. aur. p. 25, 6 Gaisf. ‖ *ναὸς θεοῦ σοφοῦ νοῦς* Boiss. ‖ *νεὼς μὲν ἔστω τοῦ θεοῦ ὁ ἐν σοὶ νοῦς* Porph. ‖ *ὃς* Vat. | *οὐκ ἐφημέρως* Pyth. Patm. (Porph.) *οὐκ ἐφ᾽ἡμέρως* Voss. *οὐκ ἐφ᾽ ἡμέρᾳ* Vat. *οὐκ ἀφειμένως* Pyth. Vind. *οὐχ ἅπαξ* Boiss. ‖ *ἀλλ᾽ ἀεὶ χρὴ κοσμεῖν εἰς παραδοχὴν θεοῦ* Boiss., liberius *παρασκευαστέον δὲ αὐτὸν καὶ κοσμητέον εἰς καταδοχὴν τοῦ θεοῦ ἐπιτήδειον. μηδὲ ἐφήμερος ὁ κόσμος ἔστω κτἑ.* Porph.

10

Ἃ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ τῶν θεῶν· δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον· ὥστε οὐ δώσειν ὃ μὴ καθέξεις.

tota sententia recurrit Porphyr. ad Marc. 12 p. 282, 12 N.[2] *ἃ δὲ κτησάμενος* (*κτησαμένη* Orelli) *οὐ καθέξεις κτἑ.*, Pyth. Vind. 3, primum enuntiatum (*ὃ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ*) Sext. 128, Elt., Clit. 22 Elt., Boiss. An. Gr. I p. 114. 128. ceterum cf. Sext. 92 (= 404) Elt. ‖ *οὐκαθέζειν* Voss. ‖ *οὐ δώσει* Pyth., Porph.

11 *Ἐπικτήτου* (cf. p. 479 Schenkl).

Θεοὺς δικαίᾳ καὶ μεμετρημένῃ διαθέσει τίμα, ἀλλὰ μὴ ἀμέτροις δωρεαῖς κολάκευε· οὔτε γὰρ κολακείᾳ χαίρει θεὸς οὔτε ὁ κολακεύων τιμᾷ τὸ θεῖον. θεοῖς θῦε, μὴ ἡνίκα ἂν πλουτήσῃς, ἀλλ᾽ ἡνίκα ἂν φρονήσῃς· τὸ μὲν γὰρ πλουτεῖν καὶ τῶν κακοδαιμόνων, τὸ δὲ φρονεῖν μόνον ἴδιον εὐδαιμόνων.

μεμετριμένῃ Voss. ‖ fort. *μόνων ἴδιον*, cf. Theoctisti Gnom. 12 init.

12 (ibid. Schenkl)

Παρὰ θεῶν μὴ συνεχῆ αἴτει ὑγίειαν σώματος, ἀλλὰ διηνεκῶς λάμβανε σωφροσύνην ψυχῆς, καὶ οὔτε ῥᾳδίως νοσήσεις οὔτε νοσῶν δυσαρεστήσεις.

περὶ θεῶν:. *μὴ συνεχῆ* Voss. ‖ *νοήσεις* Voss. ‖ *δυσαρρωστήσεις* Voss.

13 (ibid. Schenkl)

Μὴ ὧν ἐπιθυμεῖς ταῦτα παρὰ θεῶν αἴτει, ἀλλ᾽ ὅπως αὐτῆς ἀπαλλαγῇς τῆς ἐπιθυμίας, τοῦτο ζήτει παρὰ θεῶν. τότε σου εἰσακούουσιν οἱ θεοί, ἡνίκα ἂν μὴ περὶ τῶν ἡδέων ἀλλὰ περὶ τῶν καλῶν εὔχῃ, καὶ τότε σοι δώσουσι τὰ καλά, ἡνίκα μὴ ἡδονῇ ἀλλ᾽ ἀρετῇ χαίρεις.

εἰσακούσουσιν tacite Schenkl ‖ *περὶ τῶν καλλῶν* Voss.

14 (ibid. Schenkl)

Μέμνησο παρὰ τῶν μεγάλων αἰτεῖν τὰ μεγάλα, μικρὰ γὰρ οὐκ ἂν δοῖεν· οὐδὲν θεοῦ μεῖζον καὶ ὑψηλότερον· εὐχόμενος τοιγαροῦν θεοῖς αἴτει τὰ θεῖα, ὧν οὐδὲν σάρκινον καὶ γήινον ψαύει πάθος.

παρὰ ci. Schenkl idque recepit Elter Epict. et Moschionis sent. (Bonnae ed. a. 1892) n. 4: περὶ Vat. Voss. ‖ μηκρὰ Vat. ‖ οὐδὲν Vat. οὐδὲ δὲ Voss. fort. οὐδὲν δὲ

15 Περικλῆς.

Περικλῆς ὁ Ξανθίππου ἐπὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις δυνάμενος σεμνύνεσθαι οὐδὲν ἔφη τιμᾶν τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ ὅτι ἄρχοντος αὐτοῖ οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν ἐν πενθίμῃ ἐσθῆτι ἐγένετο.

cf. Plut. vit. Pericl. c. 38, De se ipsum citra invid. laudando p. 543 B, Reg. et duc. apophth. p. 186 D. Iulian. or. III 128 D ‖ περικλέα περικλῆς ὁ ξ. (lemmate non separato) Voss. ‖ δυνάμενος scripsi: μ άμενος Voss. μνούμενος Vat. ‖ οὐδὲν ἔφη Vat. οὐδὲ ἔφη Voss. ne quis coniciat οὐδὲν ⟨ἄλλο⟩ ἔφη . . ἤ, cf. Kuehner-Gerth II p. 304 adn. 4 ‖ οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν Voss. οὐδὲν τῶν ἐχθρῶν Vat. cf. Plut. ‖ ἐν πενθίμῃ Vat. ἐπενθίμη Voss.

16 Δημοκρίτου (fr. 237 Diels[2]).

Φιλονεικίη πᾶσα ἀνόητος· τὸ γὰρ κατὰ τοῦ δυσμενέος βλαβερὸν θεωροῦσα τὸ ἴδιον συμφέρον οὐ βλέπει.

= Stob. III 20, 62 ‖ φιλονικίη recte Diels ‖ δυσμενοῦς libri Stob. III ‖ θεωρεῦσα S in Stob. III

17 Ἐπικτήτου (cf. p. 483 Schenkl).

Ὥσπερ μέλιτταν οὐ διὰ τὸ κέντρον μισεῖς, ἀλλὰ διὰ τὸν καρπὸν τημελεῖς, οὕτω καὶ φίλον μὴ δι' ἐπίπληξιν ἀποστραφῇς, ἀλλὰ διὰ τὴν εὔνοιαν ἀγάπα.

recurrit corp. Par. 311 Elt. (Μοσχίωνος) ‖ μισεῖν Vat.

18—20 (Epict. p. 480 Schenkl)

Ἐοίκασιν οἱ κόλακες κηφῆσι, καὶ γὰρ ἀργοὶ καὶ ἄκεντροι καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἀναλίσκοντες καμάτους· (19) οἱ φθονεροὶ σφηξί, καὶ γὰρ πληκτικοὶ καὶ ἄποροι καὶ ἀμετάδοτοι καὶ ἄχρειοι· (20) οἱ χρηστοὶ μελίτταις, καὶ γὰρ φιλόπονοι καὶ αὐτουργοὶ καὶ οἰκονομικοὶ καὶ εὔποροι καὶ πρᾷοι καὶ ἐπιπληκτικοὶ καὶ κοινωνικοί. ὥστ'

εἰ βούλει φίλος ὑπάρχων μετὰ πολλῶν διάγειν φίλων, μιμοῦ τὴν μέλιτταν· καθαρὸν ἔστω σοι τὸ σμῆνος κηφήνων καὶ σφηκῶν.

inde ab *οἱ φθονεροὶ* et dein ab *οἱ χρηστοὶ* quasi nova ecloga incipit in Vat. et Voss. ‖ *αἰγοὶ* Voss. ‖ 'agitur de *προσομιλοῦσι* sive *φίλοις*, unde simpliciter *οἱ χρηστοὶ*' Elter Epict. et Moschionis sent. 46 p. 17 ‖ *καὶ γὰρ* om. Voss. ‖ *καὶ πρᾷοι καὶ ἐπιπληκτικοὶ* explicandum esse *καὶ πρᾷοι κἂν ἐπιπληκτικοί*, ut neglegentius dictum sit *καὶ* monet Elter l. c. ‖ *οἰκονομηκοὶ* Voss. ‖ *κοινωνηκεῖν* Voss. ‖ malim *μετ᾽ ἀδόλων* ‖ *διάγων* Voss. ‖ *τε καὶ σφηκῶν* Voss.

20ª (Epict. p. 480 Schenkl)

Τοὺς εἰς φιλίαν σοι καθιέντας δοκίμαζε μὴ ἐξ ὧν σοι δωροῦνται, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἑαυτοῖς μνῶνται καὶ χαρίζονται καὶ κατεπηγγείλαντο καὶ διέθεσαν.

a priore ecloga non seiunxit Vat. ‖ *καθέντας* tacite Schenkl ‖ 'rectius *καὶ ἐξ ὧν ἄλλοις κατεπαγγειλάμενοι διέθεσαν* sive *ἀπέδοσαν*' Elter Epict. et Moschionis sent. 47 p. 17 adn.

21 (Epict. p. 480 et 482 Schenkl)

Χρήματα μὲν φιλίαν οὐδέποτ᾽ ἂν ἐργάσαιντο ὥσπερ οὐδὲ γῆ θεόν, φιλία δὲ χρήματα καὶ ἄλλως ἂν κτήσαιτο καθάπερ θεὸς γῆν.

legitur etiam corp. Par. 304 Elt. (*Μοσχίωνος*) = Epict. et Mosch. sent. 50 Elt. sed locupletior sic *οὐ τὰ χρήματα φίλοι, ἀλλ᾽ ὁ φίλος χρήματα. καὶ χρήματα μὲν κτέ.* ‖ *ἐργάσαιτο* corp. Par. concinnius ‖ *καὶ ἄλλως*] *ῥᾳδίως* corp. Par. ‖ *καθάπερ καὶ θεὸς γῆν* Max. c. 6 p. 549 Combef.

22 *Ἰσοκράτους* (ad Demon. 26).

Ἀποδέχου τῶν ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κακοῖς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας. πολλοὶ γὰρ ἀτυχοῦσι μὲν συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσιν.

ecloga legitur Exc. Par. (cod. Par. supplem. 690) 27, v. *ἀποδέχου — φθονοῦντας* Georgidis cod. Laur. VII 15 ut testatur Drerup Isocr. vol. I p. 103, v. *ἀποδέχου — δυσχεραίνοντας* Bekkeri An. p. 134, 26, v. *πολλοὶ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσιν* Gnomol. Byz. 164 Wachsm. (Bar. 152) ‖ *σωκράτ⟨ους⟩* Voss. ‖ *ἑταίρων* Voss., Is. *ἑτέρων* Vat., Bekk. An. ‖ *τὸν ... δυσχεραίνοντας* Voss. ‖ *πολλοὶ* Is. *πολλὰ* Vat. Voss. ‖ *καλῶς* Is. *κακῶς* Vat. Voss.

23 *Πυθαγόρου.*

Οὔτε ἐξ ἱεροῦ τὴν εὐσέβειαν οὔτε ἐκ φιλίας ἀρτέον τὴν ἀλήθειαν.

'ex Aristonymo Stobaeus' Elter. legitur Gnom. homoeom. 1 Elt. || *ἐξ ἱεροῦ* Gnom. homoeom. *ἐξ ἔρου* Va. *ἐξέρου* Voss. || *ἐκ φιλοσοφίας* gnom. homoeom. cod. Vat. Gr. 743 || *ἀρτέον* gnom. homoeom. *ἀρττέον* Voss. *ἀρκτέον* Vat.

24 *Θεοφράστου.*

Ἄγνοιαν μὲν καὶ ἁμαρτίαν ἡ φιλία φέρει, φθόνον δὲ καὶ δυσμένειαν οὐ φέρει.

25

Ὁ αὐτὸς παρεκελεύετο τοὺς φίλους δεῖν δοκιμάσαντας αἱρεῖσθαι, οὐχ ἑλομένους δοκιμάζειν.

cf. Stob. IV 27, 14 cum adn. Sternbach in gnomol. Vat. 326.

26 *Πλάτωνος* (Rei p. p. VII p. 537 B).

Ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμιοι.

legitur Stob. II 31, 42 (*Πλάτωνος Πολιτείας ζ'*) || *κόποι καὶ υπνοι* Stob. II 31, 42 *κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι* Plat.

27 *Θεοφράστου.*

Ἀναγκαιοτάτη δ' ἐπὶ γυναικῶν ἡ τῶν πραγμάτων δοκεῖ παίδευσις εἶναι, καὶ αὐτὴ μέχρι χρησίμου πρὸς οἰκονομίαν· τὸ δ' ἐξακριβούμενον ἐπὶ πλέον ἀργοτέρας τε ποιεῖ πρός τε τὰ ἄλλα καὶ λάλους καὶ περιέργους.

= Stob. II 31, 31 (*Θεοφράστου*) || *πραγμάτων* etiam L: *γραμμάτων* recte Meineke || *τε* ante *τὰ ἄλλα* etiam L, secl. Meineke et Wachsmuth. malim *πρός γε τὰ ἄλλα* || *τὰ ἄλλα καὶ* om. Vat.

28 *Σωκράτους.*

Πανήγυρίς ἐστι ψυχῆς ἡ παιδεία· πολλὰ γάρ ἐστιν ἐν αὐτῇ ψυχῆς θεάματα καὶ ἀκούσματα.

= Stob. II 31, 44 (*Σωκράτους*). legitur inter Gnom. homoeom. 88 Elt. ubi vide quae adnotavit editor || *ψυχῆς θεάματα* etiam L *τὰ τοῦ λογισμοῦ θεάματα* Gnom. homoeom. *ψυχῆς* secl. Meineke.

29 *Τοῦ αὐτοῦ.*

Τοῖς μὲν σταδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης, τοῖς δὲ φιλοπονήσασιν ἐπὶ τοῦ γήρως τὸ πρωτεῖον τῆς φρονήσεως ἀπόκειται.

= Stob. II 31, 45 (*τοῦ αὐτοῦ*). legitur inter Gnom. homoeom. 89 Elt. | *ἀποδείκνυται* testes non nulli Gnom. homoeom.

30

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις ἄγοι καλῶς τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, εἶπε· νέους μὲν ὄντας παιδεύσας, ἄνδρας δὲ γενομένους διδάξας συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀποβαίνουσι καὶ τὴν οὐσίαν διανείμας αὐτοῖς, ἵνα μὴ διὰ τοῦτο ἐχθροὶ γένωνται,

= Stob. II 31, 54 (*Σωκράτης ἐρωτηθεὶς κτἑ.*) || ἑαυτοῦ] ἰδίους L || ἐχθρὰ Vat.

Ut Elteri argumentationem paucis comprehendam, ex Stobaei opere hanc syllogen depromptam esse primum inde conicias, quod quinque eclogae extremae (26—30) vel nunc in Stobaei libri II capite XXXI *Περὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας* inscripto, quod servavit codex Laurentianus, leguntur atque ita leguntur ut uno loco excepto (27) in Vat. Voss. eadem eclogarum quae in L est dispositio conservata sit, duae autem *Σωκράτους* lemmate insignitae 28 et 29 ut in Vat. Voss. sic in L compareant vicinae. de huius igitur particulae origine si quis scrupulum movere vellet, ipso Stobaei opere refelleretur. accedit autem quod ne inter reliquas quidem eclogas prorsus desunt quas a Stobaeo non alienas fuisse aliunde contestatum habemus, scilicet 3 (= Stob. III 1, 89) et 16 (= Stob. III 20, 62), ut suspicari liceat duas has eclogas ut nunc offeruntur in libro tertio sic olim oblatas fuisse etiam intra libros tertio priores. nihil enim frequentius accidisse quam ut ecloga aliqua plus uno Ioannei operis loco excerperetur, sive integra iterata sive ex parte, sive eisdem concepta verbis sive inmutata paulum prout fontium ferebat diversitas, hoc ne eos quidem praeterit qui gnomologorum dapes non nisi primis ut aiunt labris degustarunt. neque igitur mirum est quod ecloga 16 (*Δημοκρίτου. Φιλονεικίη πᾶσα ἀνόητος κτἑ.*), sententiam si spectas, tam tertii libri capiti *Περὶ ὀργῆς* convenit (ubi legitur n. 62) quam libri secundi capiti XL *Περὶ ἔχθρας* hodie deperdito. hanc observationem ipse Elter eo stabilivit fundamento, quo firmius cogitari vix possit. ecce, in quarto pinacographi Photiani indice haec se excipiunt nomina

Περικλῆς * (III 17, 18)
Πύρρος (III 7, 61)
Πτολεμαῖος (IV 8, 31)

ut in secundo libro liqueat legisse Photium apophthegma Periclis. Periclis autem apophthegma Democriteam de qua agitur eclogam in Vat. et Voss. praecedit (n. 15). nihil igitur credibilius quam ipsum illud dictum a pinacographo repertum esse in libro secundo, in eodem autem libro olim exstitisse eclogam Democriteam quae nunc in cod. Vat. et Voss. illi est vicina. iam tota quaestio apertior videtur quam ut multis verbis explananda sit. sed quoniam Elteri Wachsmuthiique, non mea agitur causa, reliqua, quibus ille usus est, argumenta nolim tacere. atque in initio quae leguntur (1—4) homoeomata Σωκράτους nomine insignita merito ille monuit nusquam alibi ea tradi quam in opere Stobaei vel in eis quae a Stobaeo pendent gnomologiis. idque argumentum eo est maioris momenti, quod Socratis homoeomata in Vat. eadem procedunt serie qua in homoeomatorum corpore Elteri cura ex variis syllogis reficto atque in ipso Stobaeo. elucebit hoc, si Vat. 1—3 cum Gnom. homoeom. 10. 77. 91 Elt. contuleris, item Stob. III 1, 88—90 cum Gnom. homoeom. 9. 91. 92 vel denique Vat. Voss. 28. 29 cum Stob. II 31, 44. 45 = Gnom. homoeom. 88. 89 Elt. adice quod Ἐπικτήτου quae leguntur in Vat. et Voss. sententiae n. 17 ss. (etsi Epicteti nomen nemini magis imponet quam Socratis) non discrepant ratione vel oratione ab eis, quas Stobaeus operi suo inseruit atque ita inseruit ut, si exemeris ecl. IV 4, 19, non singulares eas poneret et separatas sed sicut Vat. et Voss. conplures et continuas (III 1, 125—171. III 9, 37—45. IV 5, 79—88). praeterea eodem cognationis vinculo Μοσχίωνος quae feruntur γνῶμαι nec non Μοσχίωνος ὑποθῆκαι cum Vat. et Voss. (n. 17 et 21) coniunctae sunt quo cohaerent cum Epicteti personati sententiis Stobaeanis. cognatio autem haec tanta est, ut gnomologium, unde et Epicteti et Moschionis q. d. sententiae deductae sunt, in antiquam formam rede-

gerit ex variis syllogis Elter progr. Bonn. aest. a. 1892 (= Gnomica II Lips. in aed. Teubn.). denique perlustra sententias Pythagorae adscriptas, et videbis has quoque cum gnomologio, quo usus est Stobaeus, artissime esse coniunctas. ordo enim pristinus alphabeticus, quem secuntur *Πυθαγόρου γνῶμαι* etiam seorsum traditae, retinetur tam in Vat. et Voss. quam in Stobaeo. sic dispositio quae est eclogarum 6. 7. 8. 9 in Vat. et Voss., ea congruit cum Pythagorae gnomis Vindobonensibus a Schenkelio editis (*Wien stud.* VIII p. 262 ss.) n. 4. 9. 10. 66. cum eadem autem Vindobonensi sylloge concordat illa *Πυθαγόρου γνωμῶν* particula, ex litterarum ordine disposita et ipsa, quam ego olim codices secutus Stobaeo primus restitui III 1, 30—44, cf. mus. Rhen. XXXIX p. 537 p. 390; Schenkl l. c. p. 262; Elter mus. Rhen. XLVII p. 135. quocumque igitur miseris oculum, vides Vaticani Vossianique sententias una eademque forma percussas esse atque Stobaei nec ullum gnomarum genus exstare in sylloge illa quod non inveniatur etiam in Stobaeo. ut autem quinque eclogae extremae (26—30) etiam nunc extant Stobaei libri secundi capite 31 (*Περὶ παιδείας*) conclusae, sic etiam reliquas, si a quinque prioribus fere recesseris, ita inter se congregari vidit Elter, ut ipsa capita, quibus eas olim inseruerat Ioannes, facili negotio agnoscantur. velut ecl. 15 et 16 adsumptas esse ex libri II capite 40 *Περὶ ἔχθρας* iam supra vidimus. eclogae autem 6—14 fluxerint ex eiusdem libri secundi capite undecimo *Ὅτι χρὴ σέβειν τὸ θεῖον* inscripto, sed ut inde ab ecl. 10 (*Ἃ κτησάμενος οὐ καθέξεις κτέ.*), qua laeditur ordo alphabeticus intra Pythagorae gnomas ceteroqui servatus, nova ut videtur eius capitis particula dignosci possit, qua praecepta oblata fuerint *Πῶς χρὴ εὔχεσθαι θεῷ.* cui sententiae Elteri quod vere opponi possit non magis ego reperio quam quod reliquis. eclogas autem quae restant 17—25 ad unam omnes depromptas esse ex capitibus ad *φιλίαν* pertinentibus (Stob. II c. 32—39) non minus manifestum est. et ut in transcursu hoc moneam, ex duobus frustulis

Theophrasteis vicinis non modo id quod dudum aliunde cognitum habemus (25) sed etiam alterum, quod quantum scio ex Vat. et Voss. demum innotuit (24 *Ἄγνοιαν μὲν καὶ ἁμαρτίαν κτἑ.*), ad Theophrasti *Περὶ φιλίας* libros mihi videtur revocandum esse. quod autem coniecit Elter fieri posse ut in sylloge, quam ille Stobaeo et maximam partem secundo eius libro adsignavit, potius cum gnomologiorum Stobaeo antiquiorum reliquiis nobis res sit quam cum Stobaeo demum, id vide ne cautius ille quam rectius suspicatus sit. quamquam ipse vir acutus hoc scrupulo adeo non inquietatur, ut nullo modo dubitet, quin excerpta illa Stobaeo reddenda sint (cf. l. c. p. 137). vix multum igitur refert huic quaestioni immorari.

Vides, spes non deponenda est etiam prioribus duobus libris, etsi tam misere mutilati sunt ut haud raro non nisi tituli capitum tulerint aetatem, nonnumquam vel ex inferioris aevi codicibus aliquid accessionis adferri posse. ceterum nemo obliviscetur, quam bene de redintegrandis ipsis illis libris meruerit Wachsmuth, cum et folia non nulla casu quodam in quartum librum delata in suam sedem reponeret et florilegio Laurentiano, quod Meineke seorsum edere perseveraverat, tandem ita uteretur, ut Photio viam monstrante non nulla capita quae perisse videbantur in suum locum revocaret aliaque eiusdem codicis Laurentiani auxilio integriora saltem exhiberet. sors multo felicior obtigerat libris duobus posterioribus. nam eo quod *Περὶ δήμου* inscribitur (IV 3) excepto nullum librarii caput plane praeterierunt omniumque aliquam saltem particulam conservarunt. cum autem Meinekii editio solo inniteretur Gaisfordi librorum apparatu parum solido, non mirum est quod Stobaei codicibus denuo diligentius conlatis aliisque quos aut sero (S) Gaisford aut omnino non (ML Br Mac.) adsciverat adscitis numerus eclogarum non mediocriter nobis augeri poterat etiam in eis capitibus, quibus non ex L Br incrementa fiunt maiora. in hoc negotio non minus quam in genuino eclogarum ordine restituendo M A librorum familia insigni

nobis adiumento fuit. nam ea est horum archetypi praestantia, ut etiam eclogae, quas prout antiquiorum gnomologiorum ferebat condicio plus semel excerpserat Stobaei amanuensis, non ut saepe fit in S semel exscribantur sed iterentur satis fideliter etiam intra terminos unius eiusdemque capitis artiores. huius modi autem iterationes, primo sane obtutu mirae et inexpectatae, eo sunt magis nobis fidae genuini Stobaei testes habendae, quo propensius eo inclinabant librarii ut in excerpendo haud paucas eclogas describere supersederent. excerpta hodie supersunt operis olim amplissimi, immo excerptorum excerpta eaque etiam in optimae notae libris et antiquissimis. innumerae igitur eclogae non nisi unius alteriusve codicum familiae vel unius tantum codicis beneficio ad aetatem nostram pervenerunt, nec desunt quae vel libris Trincavelliani generis conservatae sint solis. quo autem frequentius fieri solebat, ut veterum auctorum loci in gnomologia recepti gnomologis temere adaptarentur consiliis addendo demendo mutando interpolando, eo rarius observes ab excerptoribus vel librariis eclogas Stobaeo immisceri a Stobaeo alienas. et paulo me iniquius olim de codice Br iudicasse monui supra occasione data Stob. l. IV part. prioris praef. p. IX. tamen cautione opus est. nolo retexere quae Stob. l. III proleg. p. XXVII de interpolationibus codicis Vossiani Gr. 0. 9 disserui (cf. etiam Stob. l. IV p. 761). nam si versus exemeris *ἀδικείτω μοι*[1]) *πλούσιος καὶ μὴ πένης· Ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα*, quos ex Stobaeo decerptos esse notabilis inter doctos consensus est (cf. Stob. l. IV p. 780 adn. 7 extr.), interim sententiam non mutavi. cur Vossiani nihilo minus hoc loco mentionem iniciam, causa haec est. addit ibi manus recentissima f. 105ʳ Philostrati (Vit. soph. I 21

---

1) *ἀδικείτω* (*με* add. Anton. I 13 p. 14, 25) *πλούσιος* corp. Par. 240 Elt. sensum fere dedisse satis habuit excerptor metri ut saepe non sollicitus. *ὑβριζέτω με* proposuit Vsener. et fortasse hoc verum est, quamquam convenit sententiae etiam *χλευαζέτω με*, quod mihi in mentem venit.

p. 28, 2 K.) excerptum hoc: *Περὶ ψόγου. Φιλοστράτου Λημνίου. Φύσει μὲν γὰρ ἐπίφθονον χρῆμα οἱ* (*οἱ* om. Philostr.) *ἄνθρωποι. διαβάλλουσι γοῦν τοὺς μὲν εὐμήκεις οἱ μικροί, τοὺς δὲ εὐειδεῖς οἱ πονηροὶ τὸ εἶδος, τοὺς* (*τοὺς δὲ* Phil.) *κούφους τε καὶ δρομικοὺς οἱ βραδεῖς καὶ ἑτερόποδες, τοὺς θαρσαλέους οἱ δειλοὶ καὶ οἱ ἄμουσοι τοὺς λυρικούς, καὶ τοὺς ἀμφὶ* (*λυρικούς, τοὺς δ' ἀμφὶ* Phil.) *παλαίστραν οἱ ἀγύμναστοι, καὶ οὓς χρὴ* (*καὶ οὐ χρὴ* Phil.) *θαυμάζειν*[1], *οἱ πεπεδημένοι* (*θαυμάζειν εἰ πεπεδημένοι* Phil.) *τὴν γλῶτταν τινὲς* (*γλῶττάν τινες* Phil.) *καὶ βοῦν ἀφωνίαν* (*ἀφωνίας* Phil.) *ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι.* quam eclogam si quis coniciat verba *φύσει μὲν γὰρ ἐπίφθονον χρῆμα οἱ ἄνθρωποι* respiciens ex capite *Περὶ φθόνου* (III 38) excerptam esse, opinionem suam fulcire poterit Photiani indicis tertii p. 62 Elt.

Ὑπερείδης II 31, 78

Φιλόστρατος III 38

Χρύσερμος III 39, 31

iam ut clarum esse putes, et ubinam Stobaeus et qua tandem ecloga introduxerit Philostratum. et nescio an speciosa videri possit haec suspicio, quare nolui eam prorsus reticere, certa non est. nam qui respexerit verba *διαβάλλουσι γοῦν τοὺς μὲν εὐμήκεις οἱ μικροὶ κτέ.*, non minore iure coniciat eclogam ex capite *Περὶ διαβολῆς* (III 42) adsumptam esse, qua opinione admissa corruet pinacographi Photiani testimonium. si autem re vera eclogam repperisset excerptor in capite *Περὶ φθόνου*, cuius longe plurima pars legitur in ipso Voss. f. 6 ss., permirum esset quod

1) Philostratus sic pergit p. 28, 7 *εἰ πεπεδημένοι τὴν γλῶττάν τινες καὶ βοῦν ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι καὶ μήτ' ἂν αὐτοί τι ἐνθυμηθέντες μέγα, μήτ' ἂν ἐνθυμηθέντος ἑτέρου ξυμφήσαντες διαπτύοιέν τε καὶ κακίζοιεν τὸν ἑτοιμότατα δὴ καὶ θαρραλεώτατα καὶ μεγαλειότατα τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ Ἑλλήνων ἑρμηνεύσαντα.* quod autem pro arbitrio mutata et breviata sunt auctoris verba ab excerptore, id per se non impedimento esse quominus Stobaei esse credantur vix est cur moneam.

hanc inscriptionem non retinuit, immo *Περὶ ψόγου* titulum de suo finxit eumque a Stobaei opere plane alienum. nisi igitur novum maiorisque auctoritatis testimonium accedat, etiam Philostrati eclogam inter eas numerare pergam, quas in hoc libro proletario genuinis Stobaei excerptis admiscuit nimia quaedam lectorum sedulitas, cf. Stob. III p. XXVII s.

Postquam recensionis meae fundamenta posui commentationibus a. 1884 et 1886 museo Rhenano insertis tertiique libri scripsi prolegomena, duo quantum scio viri de codicum memoria aliquid monstrarunt quod eis quae ego disserueram addi utiliter posse videam. horum prior, quem studiis nostris interim morte praereptum esse doleo, Oscar de Gebhardt, Trincavelliani generis codicum duorum resuscitavit memoriam. commentatio eius quae inscripta est *Eine verlorene und eine wiedergefundene Stobaeushandschrift* legitur in libro in honorem Augusti Wilmannsii composito *Beiträge zur bücherkunde und philologie* Lips. a. 1903 p. 243—263. in priore autem huius commentationis parte curiose ille inquisivit in codicem olim Vaticanum nunc ut videtur deperditum, cuius notitia accuratior debetur Iacobo de Questemberg. capitum enim quae codex ille continebat inscriptiones cum Trincavellianis fere consentientes diligenter in sermonem latinum transtulit de Questemberg translatasque describendas curavit in libro (f. 121ʳ—124ʳ) qui nunc est bibliothecae regiae publicae et provincialis Hannoveranae codex XLII, 1845. inter codices autem hodie nobis notos, sive de eis cogitas quos etiam nunc possidet bibliotheca Vaticana (cf. mus. Rhen. XXXIX p. 363 XLI p. 34 de Gebhardt l. c. p. 258 ss. Aug. Bohler Sophistae anon. protreptici fragm. diss. Argentor. [Lips.] a. 1903 p. 7) sive etiam de S(ambuci) codice Vindobonensi, illum quo usus est de Questemberg quaerendum non esse indiciis tam certis comprobavit de Gebhardt, ut aut in deperditorum numero is habendus sit aut certe in eorum quos aliunde nondum satis cognovimus. eiusdem tamen viri docti vigilantiae contigit, ut alium re-

censionis Trincavellianae codicem vel potius codicis fragmentum, quod me rogante Basileae et Turici olim frustra requisiverat Hermannus Siebeck, in lucem retraheret. est 'fragmentum Oporini' illud, quod in prima sua editione consuluerat Gesner quodque nunc non diversum esse a codice Basileensi F. VI. 8 perspexit de Gebhardt. sic obrussa datur etiam iudicii quod ego olim feci de hoc Gesneri subsidio (mus. Rhen. XXXIX p. 374 ss. Stob. III prol. p. LXII). et summam si spectas, ea quae scripseram codice confirmata sunt[1]. sed Gebhardti observationes ut plenae sunt exactae diligentiae subactique iudicii, ita ad eorum codicum historiam pertexendam valent qui emendationi Stobaei parum utiles sint. eo sunt utiliora tria folia codicis Parisini Gr. 3012 ad tertium Stobaei librum pertinentia quae, quoniam doctorum curam praeterierant, anno superiore scite sub examen vocavit vir doctus Parisinus et ad gnomologa quoque studia peritus Daniel Serruys *Revue de philol.* XXXV (1911) p. 315—329. post Platonis enim Apologiam Socratis adduntur in huius codicis fol. 126^v. 121. 120 (sic disiectum ordinem restituit Serruys) excerpta Stobaei, quorum primum est III 1, 85, extremum III 39, 28. ita autem inter capita 1—39 distribuuntur eclogae, ut capitum 8. 11. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32 respectus non fiat. ordinem secuntur eundem, quem ex M A libris in editione nostra revocavimus, paucis eclogis exceptis, quas cum praetermisisse excerptorem paeniteret, posteriore quodam

1) Ut ipsius Gebhardti verba (p. 263) adponam: 'Aus langer vergessenheit endlich aufgetaucht, muß es alsbald wieder von der bildfläche verschwinden: es ist, wie schon Hense richtig vermutete, völlig wertlos'. etiam quod dixeram Gesneri lemmata per ἐν praepositionem conformata (velut Stob. III 4, 47 = flor. 4, 49 Mein. *Πλάτωνος ἐν Φαίδωνι* aliaque id genus) non ex Oporini fragmento sed ex ipsius Gesneri licentia repetenda esse (mus. Rhen. XXXIX p. 378), ipso codice inspecto de Gebhardt (l. c. p. 263 adn. 2) firmavit, non firmavit quod opinatus eram ex fragmento illo fluxisse interpolationem *οὐδείς δέ σε βλέψει*, qua Sapphus versus (Stob. III 4, 12) turpaverat Gesn.[1] p. 30, mus. Rhen. l. c. p. 379 Stob. III p. 222, 3 adn.

loco ille supplevit. vel hinc igitur apparet codicem *π* (hac enim nota excerpta signavit Serruys) recensioni MA libris repraesentatae cognatum esse, idque inde stabilitur, quod *π* vel cum ipso A, quo tamen aetate paulo superior videtur utpote saeculo XIII exeunte aut ineunte proximo scriptus, vel cum eius correctoribus haud raro congruit, minus saepe cum M vel cum L. sed ne ex ipso MA librorum archetypo derivatum putemus *π*, obstat haud ita parvus lectionum numerus, quae eius propriae sunt solius. has potissimum lectiones, nolo enim collationem Serruysii hoc loco repetere integram, examinemus oportet, si de excerptis illis recte iudicium fieri volemus. et bene iam perspexit Serruys inter lectiones *π* codici peculiares non deesse vere commendabiles. velut versus Euripidis (fr. 1044 N.[2]), si tamen sunt Euripidis, quibus emendandis frustra operam impertivimus omnes, Stob. III 36, 14[a] sic in *π* leguntur

οὔτ᾽ ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερῶς λίθον
οἷόν τ᾽ ἐπισχεῖν οὔτ᾽ ἀπὸ γλώσσης λόγον.

bene igitur diluitur difficultas, qua laborat ceterorum librorum memoria *ῥᾷον κατασχεῖν*, neque nunc opus erit ad novas confugere coniecturas, velut quod Plutarchi respiciens de garrul. p. 507 A *οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χερῶν ἀφέντα ῥᾴδιόν ἐστιν αὖθις κατασχεῖν οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος κτἑ.* aliquis proponere nunc possit *ῥᾴδιον ἐπισχεῖν*, per se enim praestat *οἷόν τε.* sed minus probabile puto quod *π* offert *καρτερῶς* quam *καρτερὸν* quod ceteri. nam *μεθέντα* cum aeque copulandum sit cum v. *ἀπὸ γλώσσης* atque cum *ἐκ χερὸς,* displicebit *καρτερῶς*, quod, si omnino cum verbo *μεθιέναι* commode consociari possit, non nisi priori membro convenit. neque *καρτερᾶς* quod Cobeto in mentem venit in *καρτερῶς* latere putaveris. parum aptum esse *καρτερᾶς* iam sensit Nauck. verum est igitur *καρτερὸν λίθον* (sic SMA Br), et *καρτερός* recte de pondere dici monuit Meineke (flor. vol. IV p. LXIV) adferens Pindaricum illud *καρτερὸν δ᾽ αὐτῷ λίθον ὑπερεκρέμασε.* ut ad aliam me convertam eclogam, ceteris codicibus prae-

stantiorem se exhibet π Stob. III 7, 56 ubi haec offert: Σωκράτους. Σωκράτους φεύγοντος τὴν δίκην, Λυσίας λόγον τινὰ συγγράψας ἦλθεν αὐτῷ κομίζων καὶ ἐκέλευε χρήσασθαι· ὁ δὲ οὐ προσίετο· τοῦ δὲ Λυσίου εἰπόντος κτἑ. et v. ὁ δὲ οὐ προσίετο quae omittuntur in MA, ad sensentiam necessaria esse rectissime monuit Serruys l. c. p. 320. quod autem in reliquis apophthegmatis chriisve huic consimiliter formatis, ubi lemmatis nomen ipsius eclogae initio iteratur, omisit plerumque lemma qui excerpta π composuit, id brevitati fecit, ut obiter hoc moneam, indulgens vel commoditati, non contextui obsecutus ab MA libris diverso. ceterum recte ille posuit in marg. Σωτάδ Stob. III 22, 26 sic ut σωτάδου ex corr. A, cum ceteri habeant σωτάτου (SM[d] Mac.) vel σωκράτους (compendiose Br). frustra autem ibi morem gessi Buechelero σωτάτου ita explicanti ut Σωτᾶ (vel Σώτα) coniceret a correctore terminatione του superaddita mutatum esse in Σώτου. opinio haec satis artificiosa eo refutatur, quod etiam alibi (III 1, 66, IV 51, 11) librarii σωτάδου in σωτάτου depravarunt, Σωστράτου Κλεοστράτου similibus abducti, pluribus tamen locis σωκάδου conservarunt (IV 34, 8. IV 39, 13. IV 44, 32). idque ipsum legit Photius ubi in poetarum indice p. 57 Elt. Σωτάδης. sed mittamus lemmata. laudi autem ducendum esse putes codici π, quod eo aliquotiens confirmantur doctorum coniecturae. velut Stob. III 6, 66 (Cleanth. fr. 556 de Arn.) quod Meinekio auctore scripsimus εἰ τέλος ἐστὶν ἡ ἡδονή, πρὸς κακοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν φρόνησιν δεδόσθαι (δίδοσθαι M[d] AL), id ipsum legitur in π, item eodem suasore Meinekio quod dedimus ὅπως . . . βούλεται Stob. III 19, 13 (Musoni fr. XXXIX H.) contra libros SM[d] ABr. nec derunt qui cum Serruysio existiment verum vidisse Meinekium, cum in Alexidis fragmento Stob. III 29, 34 proponeret ἅπαντα τὰ ζητοῦμεν' ἐξευρίσκεται, ubi ὅτι πάντα SMA Br, ipsum ἅπαντα codex π. quamquam scrupulum mihi non prorsus exemptum esse confiteor, certe ab ὅτι particula eclogam incipere non reformidant gnomologi. utut

autem de hoc loco iudicabitur, etiam aliis recentiorum conaminibus ex π aliquid commendationis accessit. velut quod ad Stob. III 15, 9 p. 478, 7 adnotaveram *τοὺς ⟨μὲν⟩ ἄλλους malim coll. Laertio,* id ipsum offert π, vel quod conieceram III 2, 40 p. 188, 4 adn. scribendum esse *Ἀντισθένης ὁ κυνικὸς κτἑ.*, id re vera legitur in π, cum in ceteris exstet *Σωκρατικὸς ὁ κυνικὸς κτἑ.* quamquam vereor ne libri virtutes pari fere libra vitiis compensentnr. nolo hoc loco calami errores enumerare etiam in quovis alio codice obvios vel verborum traiectiones sive omissiones haud infrequentes, sed ne falsa nos veri specie irretiamus, glossematis commonemur, quibus folia illa non immunia sunt. velut *ἔδωκεν* habet π Stob. III 36, 19 p. 695, 3, ubi *παρέσχεν* SMABr Mac., *ἂν ευειμονῆς* in versu Sotadeo Stob. III 22, 26 p. 590, 5, ubi *ἂν εὐειματῆς* vel *ἂν εὐιματῆς* fere libri ceteri. nec dubito quin interpretamentum invaserit Stob. III 21, 15 p. 559, 11 *Ἀλέξανδρος νοσήσας μακρὰν νόσον ὡς ἀνέρρωσεν*, ubi π offert *ὡς ἀνέσφηλεν.* nam *ἀνέρρωσεν,* in quo conspirant libri SMABr Mac. corp. Par. 435 Elt. cum Ps.-Plut. apophth. reg. et duc. p. 182B, confirmat non solum Stob. III 7, 53 (= gnomol. Par. 213 Sternb.) *ὡς ἀπό τινος χαλεπῆς ἀρρωστίας ἀνέρρωσεν,* ubi frustra Buechelero auctore scripsi *ἀνερρώισεν*, sed etiam Plut. vit. Pompei c. 57, nam ibi quoque libri sine ulla discrepantia de Pompeio ex morbo convalescente *νοσήσας ἐπισφαλῶς ἀνέρρωσε*, ut de intransitivo usu verbi *ἀνέρρωσε* dubitatio si qua erat stirpitus evellatur. contra *ἀνασφάλλειν*, quod verbum, quoad hodie iudicare licet, inde ab Iosepho et Dione Prusaeo revixit, quam facile etiam glossematis vice fungi potuerit, crebro eius apud Eustathium usu docemur, cuius unum hic locum attulisse sufficiat Il. Z 39 p. 623, 29 *τὸ πτώματος ἢ νόσου ἀναστῆναι ἀνασφῆλαι λέγεται.* cf. Pollux III 108 *ἀνεζώωσεν, ἀνέσφηλεν, ἀνήνεγκεν.* his aliisque verbi exemplis iam in Thesauro l. gr. collectis addatur Ammonius ap. Cramer Caten. Act. apost. 151, 24, quem locum debeo doctrinae Croenerti.

vel haec glossemata qui respexerit, concedet opinor etiam posterioris aevi Graeculis, qui eius modi syllogas in suum aliorumve usum conscripserunt, eam fuisse sermonis peritiam, ut hunc illumve locum ad suum arbitrium refingere scirent. merito iam Serruys gnomologii Parisini a Sternbachio editi mentionem iniecit. hoc qui composuit quam licenter interdum immutaverit Stobaei contextum, commode nunc perspicies, si cognoveris quomodo ille Teletis reliquias quas satis large excerpsit deformaverit, vide modo quae adnotavimus in Teletis rel.[2] p. 8, 9. 10, 8. 12, 8. 18, 4. 19, 1. non nego vel in Teleteis hic illic verum verive vestigium gnomologio Parisino servatum esse solo, sed interdum eo temeritatis eclogarius processit, ut scriptorem quem expilavit vix iam adgnoscas. ut uno defungar exemplo, haec inter se comparentur quae contra posui iam Stob. III p. LII

Tel.[2] p. 10, 8	Gnomol. Par. 332 Sternb.
Διογένης, ἐπεί τις ὤθει καὶ ἐτραχήλιζεν ἀσθενῶς ἔχοντα, οὐ διετραχηλίζετο, ἀλλὰ δείξας αὐτῷ τὸν κίονα ‘βέλτιστε’ φησί ‘τοῦτον ὤθει προσστάς’.	*Τῷ αὐτῷ Διογένει ἐπέθηκέ τις βάρος οὐ φορητόν· ὡς δὲ πιεζόμενος οὐ δυνατῶς εἶχε πορεύεσθαι, δείξας αὐτῷ κίονα ‘βέλτιστε’ φησί ‘τοῦτον ὤθει’.*

nolim contendere codicem *π* vel antiquiorem, a quo ille pendet, gnomologum cum gnomologii Parisini licentia posse concertare, sed interpolatione ne ille quidem abstinuit. exemplum omni dubitationi exemptum ipse attulit Serruys Stob. III 29, 86 ubi *π* habet (sine lemmate ut solet) *Ἀρχιμήδην δὲ τῇ σανίδι προσκείμενον ἀποσπῶντες βίᾳ οἱ θεράποντες ἤλειφον· ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σκίμποδος ἀληλιμμένος διέγραφε τὰ σχήματα*, ceteri (SMA corp. Par.) *ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σώματος ἀληλιμμένου* (*ἀληλειμένου* M, corp. Par. *ἀληλειμμένου* A) *διέγραφε τὰ σχήματα* iique cum Plutarcho (an seni res p. gerenda sit p. 786 C) consentientes, cui consensui quasi cumulum addit altero loco Plutarchus Non posse suaviter vivi sec. Epic. p, 1094 B, ubi eadem usus est chria paululum variata sic *Ἀρχιμήδην δὲ*

βίᾳ τῶν διαγραμμάτων ἀποσπῶντες ὑπήλειφον οἱ θεράποντες· ὁ δ' ἐπὶ τῆς κοιλίας ἔγραφε τὰ σχήματα τῇ στλεγγίδι κτἑ. apparet igitur ne eum quidem excerptorem, cui π codicis Stobaeana debentur, tam hebetem vel sermonis graeci ignarum fuisse, ut eclogarum orationem suo arbitrio mutare aliqua tenus vel variare nesciret. num in hoc uno loco excerpendo licentius illum se gessisse putabimus? valde discrepat π cum ceteris libris (SMA) Stob. III 10, 45. sed vide ipse ubi praestabilior offeratur lectio:

SMA	π
Διογένης ὡμοίου τοὺς φιλαργύρους τοῖς ὑδρωπικοῖς. ἐκείνους μὲν γὰρ πλήρεις ὄντας ὑγροῦ ἐπιθυμεῖν ποτοῦ τούς τε φιλαργύρους πλήρεις ὄντας ἀργυρίου ἐπιθυμεῖν πλείονος, ἀμφοτέρους δὲ πρὸς κακοῖ.	Διογένης ὡμοίου τοὺς φιλαργύρους τοῖς ὑδρωπικοῖς. ἐκείνους τε γὰρ ⟨ὕδατος μεστοὺς ὄντας ὑπὸ δίψους φλέγεσθαι καὶ τούτους⟩ ἀργυρίου ⟨πλήρεις ὄντας⟩ ἐπιθυμεῖν πλείονος, ἀμφοτέροις δὲ ⟨ἑκάτερα⟩ πρὸς κακοῦ ⟨εἶναι⟩.

sciendum est autem v. ὑγροῦ ἐπιθυμεῖν ποτοῦ τούς τε φιλαργύρους πλήρεις ὄντας omitti in SA, addi signo omissionis adhibito in fronte folii ab M[1]. nec est quod in his verbis merito reprehendas, nisi forte paulo ieiuniora videri poterunt quam quae exhibet π. nihilo setius in M codicis lectione adquiescendum censeo compluribus ex causis. primum enim homoeoteleuto elucet, quam facile intercidere potuerint quae conservavit M[1]. quod autem omissa sunt verba in SA, postmodo addita manu prima in M, id desines mirari cum Serruysio, si mecum sumpseris verba in archetypi librorum contextu omissa, in margine tamen alicubi suppleta fuisse. sic haud difficile intellegetur, quo pacto unus alterve librarius ea praetermiserit, suppleverit alius. deinde hoc quoque perpendatur: genuinum si esset quod praebet π, in SMA librorum archetypo non una, sed tres fere lacunae statuendae essent. denique nervosius dictum est ἀμφοτέρους δὲ (sc. ἐπιθυμεῖν) πρὸς κακοῦ,

verbosius *ἀμφοτέροις δὲ ἑκάτερα πρὸς κακοῦ εἶναι.* cur autem evitanda erat excerptori brevitas efficax? responsio vix alia dari poterit quam haec: quia ille *ἐπιθυμεῖν* verbum non nisi in altero membro servaverat, in priore autem de suo substituerat *ὑπὸ δίψους φλέγεσθαι.* nam per *ἀμφοτέρους δὲ* (sc. *ἐπιθυμεῖν*) *πρὸς κακοῦ* apte pergi non poterat, nisi idem verbum in membro praecesserat utroque. quod autem suppositum est *ἀμφοτέροις δὲ ἑ κ ά τ ε ρ α πρὸς κακοῦ εἶναι,* eo difficultas, quam sibi ipse paraverat excerptor, tegitur magis quam tollitur. sitire enim vel siti ardere hydropico non malo est (*πρὸς κακοῦ*), sed curationi. audiatur Celsus III 21 *inter initia tamen non difficilis curatio est, si imperata sunt quies, sitis, inedia.* aptius igitur institutae sententiae est quod legitur in M *πλήρεις ὄντας ὑγροῦ ἐπιθυμεῖν ποτοῦ.* idque ipsum genuinum esse elucet ex verbis quibus ecloga concluditur: *ἐπιτείνεσθαι γὰρ μᾶλλον τὰ πάθη, ὅσῳ τὰ ἐ π ι θ υ μ ο ύ μ ε ν α ποϱίζεται.*

haec si recte disputata sunt, vereor ne quid detrahatur auctoritatis etiam eis locis ubi recentiorum conamina codice confirmari diximus. occupata fortasse sunt non nulla eorum, non confirmata. an quisquam nunc facultatem denegabit excerptori supplendi data occasione hanc illamve quae visa illi erat deesse particulam vel mutandi *δίδοσθαι* in *δεδόσθαι* aut *ὅτι πάντα* in *ἅπαντα*, sim.? ut comprendam quae dixi: procul dubio de Stobaeo optime meruit Serruys, cum ad haec quantulacumque excerpta nobis aditum recluderet. non desint licet loci ubi carbonem ut aiunt pro thesauro invenimus, sunt tamen alii ubi verum *π* offert solus. eandem autem rationem observari etiam in aliis Stobaei codicibus sciunt periti.

Disserendi materia, quae in tanta cuiusvis generis auctorum copia et varietate legenti obveniet, paene infinita est. etiam adnotationem criticam, quam verborum contextui subieci, prudentior cavebit ne eodem metiatur modulo quo scriptoris alius. nam eclogae cum non in omnibus Stobaei

codicibus legantur continuae, immo modo in his modo in illis dispersae, singulae suo codicum indiculo instruendae erant. idque eo magis ratio suadebat, quod excerptorum opere miscellaneo qui utuntur, non uno id tenore legere consueverunt, sed carptim eoque fere consilio, ut de huius illiusve loci memoria certiores fiant. quis non tulit aegerrime, quod quibus quaeque libris ecloga tradita sit Gaisfordi Meinekiique editionibus indicatum non est? in adferenda autem lectionum varietate, cum mille Gesneri Gaisfordique errores a Meinekio viderem stabilitos, hoc potissimum curae habui, ne legentes auctoritate decessoris illustris meoque silentio inducti in veteribus illis erroribus perseverarent. breviores esse poterunt qui post me edent Stobaeum, mihi, ut dubitationem radicitus excuterem, copiosior commemoranda erat lectio librorum, et non Stobaei tantum. immo ut recte iudicari posset, in eis scriptoribus, qui et sua ipsorum traditione durarunt, etiam haec in comparationem vocanda erat. permultis enim locis nisi unde depravata sit lectio gnomologi perspexeris, etiam qua via quove consilio illa depravata vel mutata sit in obscuro manebit. vis scire quo modo Stobaeus scriptores tractaverit quos servavit solus? exquire, quo modo illos tradiderit, quos etiam aliunde cognitos habemus. sic eo paulatim pervenitur (res enim difficilis est diuque discenda), ut gnomologo detur quod gnomologi est, ipsi scriptori, quod scriptoris, idque etiam in eis eclogis, quarum notitia soli debetur Stobaeo. et ut dicam quod sentio: gnomologi emendatio ab emendatione excerpti auctoris aegre divellitur, utique non sine utriusque detrimento. tutius procedet utraque, si altera alteri quasi comitem se praebuerit et consultricem. expertus dico quod dico. quid inmutaverit gnomologus suo arbitrio, ut eclogam aliquam huic vel illi titulo adaptaret scriptore etiam invito, extricari non poterit, nisi quod ipse dederat scriptor in aperto erit. id autem ut inveniatur, non sufficit quamvis pertinax ipsorum scriptorum studium: inventu erit facilius, si viae quae a

gnomologis iniri solent, satis cognitae erunt. gnomologorum igitur rationes variae ac multiplices perscrutandae erant, fraudes eorum ut detegerentur, lenocinia ut aperirentur. ad illustrandas autem eclogas et interpretandas nisi testimonia pleniore manu adscripsissem quam adscripserunt priores, magna utilitatis parte librum ipse privassem. item necessarium erat florilegiorum Stobaeo plus minus cognatorum traditionem, de cuius indole non nimis simplici nuper aliquid monui l. IV part. prioris praef. p. VI s., tandem in medium protrahere. non impune hoc genus scripturae nimis erat neglectum a prioribus. qui id respexerit, in crisi Stobaeana, ut hoc solum commemorem, haud paucos vitabit errores. neque recusare poterat editor, quominus particulas nonnullas vetustiorum gnomologiorum, quae ipse adierat Ioannes, eruere studeret sive litterarum ordinem secutus alphabeticum sive alius generis indiciis attentus. sic simul luculentioribus exemplis patefactum est, utra codicum familia plura et clariora vetustioris anthologii vestigia servaverit, M A an S Tr. (cf. Stob. l. III proleg. p. LV ss.). denique ne reliqua plane praetermittam quae alicuius esse momenti mihi visa sunt: omnem operam dedi ut capitum inscriptiones sub examen vocarem, lemmatorum formam erroribus librariorum vel excerptorum saepe obscuratam in luce collocarem, eclogas licentia editorum congregatas male vel discissas intra traditos suosque terminos cohiberem, ordinem eclogarum Gesneri potissimum temeritate turbatum codicum auxilio in integrum restituerem, interpolationes Gesneri, quae innumeris fere locis Meinekio imposuerant, tandem aliquando exturbarem. addi possunt alia. sed vel haec quae cursim hic perstrinxi si quis quantum occupent spatii computaverit, non mirabitur, puto, quod adnotatio operis collectanei finibus paulo minus angustis quam alius generis scriptoris circumdata est et aliquotiens, non nego, in commentariolum excrevit. explicatione hoc fortasse egebat, excusatione non eget. eam enim mihi sumpsi libertatem quam plerosque eorum qui fragmentis emendandis inter-

pretandisque operam impenderunt vindicasse sibi videmus. nec prodigus eram chartae nec nimium parcus hoc solum prospiciens ut utile aliquid proferrem chartaque dignum. sed de hac re penes alios iudicium esto. praefandi autem hac opportunitate ne abutar neve emissionem libri diu expectati remorer diutius, pauca ex 'Addendis' eiusque generis hic praecipio quae uno verbo expediri nequeant.

Stob. IV 1, 23 et 24 p. 7, 5 eleganter mihi videtur interim emendasse de Wilamowitz Hermae v. XLV p. 391. vocabulo enim, quod ille alteri eclogae dempsit, ditavit vicinam sic

23 *Μενάνδρου* (fr. 791 K.).

κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο, χρηστὸς εὐτυχῶν, π ό λ ε ι.

24 *Εὐριπίδου Ἀλκμήνης* (fr. 91 N.[2]).

ἀτρέκεια δ' ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου.

nam *πόλει* vel potius *πέλει*, quod leniter in *πόλει* mutavit de Wilamowitz, cum in proximae eclogae finem delapsum esset, utriusque versus metrum vitiaverat. nunc vide quam apte tetrameter Menandro, Euripidi versus Archilochius restitutus sit.

Stob. IV 15^b, 22 p. 389, 8 quo metro usus esset Diphilus in versibus, quos ad trimetros iambicos redigere conati sunt docti (cf. Com. IV p. 417 M. Com. II p. 570 K.), ego non magis quam alii perspexeram: perspexit interim Fridericus Marx, qui mihi quae scripsit permisit benigne ut publici iuris facerem. et profecto plus uno nomine sunt lectu digna quae ille scite observavit et ita quidem ut uni quam agnovit librorum corruptelae medicinam adhiberet lenissimam. haec sunt eius verba:

Inwieweit Plautus in der Metrik seiner Cantica sich an Diphilus angeschlossen hat, kann erst dann klargestellt werden, wenn eine vollständige Komödie des Diphilus oder einige Cantica dieses Dichters, der der letzte bedeutende Vertreter der neueren Komödie gewesen ist, zur Vergleichung vorliegen werden. Indessen zeigen zwei erhaltene Bruchstücke eine Fülle der seltensten Maße. Fragment 12 K

(C A F II p. 544) λάγυνον ἔχω κενὸν ὦ γραῦ, θύλακον δὲ μεστόν ⏑ —́ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — —́ ⏑ — ⏑ — ⏑ zeigt das berühmte Maß des Archilochos. Fragment 89 (a. a. O. p. 570 Stobaeus IV 1 p. 389 H.) ist die Überlieferung zu deuten wie folgt:

ἓν ὀνάριον ἐξ ἀγροῦ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑⏑ —́ ⏑ —
μοι καταβαίνει καθ᾽ ἕκα- —́ ⏑⏑ — —́ ⏑⏑ —
στον ἐνιαυτόν· ἀγαπη- ⏑́⏑ ⏑ — ⏑́⏑ ⏑ —
τῶς ὡς φέρει κανοῦν (ὥσπερ ἱκανοῦν codd.) μοι
— —́ ⏑ — ⏑ — —
πάντ᾽ ἐνεσκευασμένον — ⏑ — — — ⏑ —
σπονδὴν ὀλὰς ἔλαιον ἰσχάδας μέλι!
— — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

'Ein Eselein kommt vom Gutshof jedes Jahr zu mir in die Stadt herab. Wie herzerfreuend bringt es mir den Korb, der mit allem ausgestattet ist, mit Opferwein und Opfergerste, mit Öl, Feigen und Honig!'

Derselbe Wechsel von Kretikern mit Choriamben bei Plautus Cas. 628 f.:

ne quid in te mali faxit ira percita:
—́ ⏑ — — ⏑ — —́ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

eripite isti gladium quae suist impos animi.
— ⏑⏑ — — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — — ⏑⏑ —

Asin. 132 f.:

faxo erunt capitis te perdam ego et filiam
—́ ⏑ — — ⏑ — — ⏑ — — ⏑ —

perlecebrae permities —́ ⏑⏑ — — ⏑⏑ —
adulescentum exitium —́ ⏑ — ⏑ — —

Mostell. 700 ff.:

Res parata est mala in uesperum huic seni.
—́ ⏑ — — ⏑ — —́ ⏑ — ⏑ —

Nam et cenandum et cubandumst ei male
—́ ⏑ — — ⏑ — —́ ⏑ — ⏑ —

Si quis dotatam uxorem atque anúm habet
— ⏑ — — ⏑ — —́ ⏑ ⏑́⏑ —́

Neminem sollicitat sopor: in omnibus
— ◡ — — ◡◡ — ⁄ ◡ — ◡ —

Ire dormitum odio est: ueluti nunc mihi
— ◡ — — ◡◡ — ⁄ ◡ — ◡ —

IV 22 g, 187 p. 559, 16: vocalis paenultimae in comparativis *κακίων* sim. raro correptae aliquot exempla collegit Nauck *Mél. Gr.-Rom.* VI p. 97, inter haec etiam Eupolidis verba quae ex Etymologii M. codice Vaticano publicavit Reitzenstein (Ind. schol. Rostoch. hib. 1890/91 p. 8) *ὅσον Γένοιτ' ἂν αὐτῇ βελτίω τὰ πράγματα.* neque igitur haesitandum videtur in anapaesto *πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος.* ipsum vero *κακίων* eximie commendari verbis proximis *κἂν ὁ κάκιστος γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν* neminem fugit.

Stob. IV 23, 9 p. 574, 3. Antiphanis versus (fr. 253 K.) ex parte servatos esse etiam papyro Berolinensi 9772 col. 2, 4 ss. (*Berl. klassikert.* V 2 p. 124, 7), quod fugerat doctos, animadverti *Berl. phil. wochenschr.* 1910 n. 4, ubi papyri lacinias sic supplendas esse monui:

Ἀν[τιφάνους
τί φῄς; λαθεῖν χρῄι[ζων τι πρὸς γυναῖκ' ἄρα
